



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 5. Bailleti liber de devotione B. V. ab Innocentio XIII. proscriptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. non modo plene ignoscere, sed ne-
A. C. 1695. quidem gestorum memoriam ultiro ha-
bere velle.

§. V.

*Bailleti liber de devotione B. V. ab
Innocentio XII. proscriptus.*

Si Guyonia per indiscretam suam pietatem in crassos omnino errores prolapsa est, certo Adrianus Bailletus in debito Sanctorum cultu defecit. Scripsit tractatum de devotione Beatæ Virginis, & de cultu eidem debito, in quo si devotionis excessum quandoque in superstitiones degenerantem, qui ex vulgi imperitia, non Ecclesiæ doctrina ortum trahit, carpsisset, atque a radium animis penitus eliminare studuisse, nequidem a zelosissimo Mariani cultus Defensore rejici potuisset, postquam vero omniem B. V. cultum eidem ingratum, nobisque inutilem, Mariam peccatoribus minime propitiam, originali labe infectam, atque in cælos non fuisse assumptam, pluraque alia contra Ecclesiæ praxin, & SS. Patrum doctrinam effutierat, merito Innocentius XII. Papa hoc anno die septima Septembbris ejus librum, atque ejusdem novam editionem sexto post anno die vigesima sexta Octobris, donec corrigatur in Indicem

Vid. supra

§. 2. p. 279.

cem proscriptorum librorum referri jus- Sæc. XVII.
fit, cuius decretum jam supra retu- A. C. 1695.
limus.

§. VI.

*Cleri Gallicani edictum circa Juris-
dictionis Ecclesiasticæ limites.*

Jan per plurima sæcula viguit Sacer- *Rroces verb.*
dotium inter & Imperium ingens *de l'aff. gen.*
discordia circa Jurisdictionem Eccle- *du Clerge*
siasticam & sæcularem; adeo ampla *26. Maij*
primis duodecim sæculis erat Episco- *Abregé*
porum jurisdictione, ut non modo de Cle- *chron. de*
ricorum sed & Laicorum caussis etiam *l'Hist. p. 494.*
civilibus & criminalibus plenam judi-
candi facultatem sibi arrogarent; Pon-
tifices quoque supremæ eaque univer-
salis in Ecclesiam potestatis titulo suam
jurisdictionem immensis pene spatiis in
omnes res, personas, & caussas, si
non directe, saltem indirecte extendisse
arguebantur: sensim vero effusiori huic
Ecclesiasticæ jurisdictioni limites oppo-
nebantur a Principibus, quorum editis
caussæ reales, imo & actiones persona-
les Ecclesiasticis interdictæ, per con-
cordata jus nominandi Principibus vin-
dicatum, & immunitas realis & per-
sonalis admodum restricta fuit, ita, ut
re ægre saltem in Galliis, in caussis
mere spiritualibus & in sacramentorum

T 4 ad-